

**Viator Christiane! Jam  
ejus gratia sistendus es,  
qvi te tui & aliorum  
causs...**

*1 Ic 1679 Scheffer, Johannes*



National Library  
of Sweden

B. M. S.

VIATOR CHRISTIANE!

24

Jam ejus gratia sistendus es,  
Qvi Te Tui & aliorum caussa, saepe ire & stare fecit,

QUIESCIT IN DOMINO.

VIR

Pius, probus, prudens,

Et,

Qvicquid unquam felix litterarum cultura dare potest,  
Eruditionis, virtutum, meritorum, celebritatis,

Suo complectens nomine.

Supra amplissimos titulos clarus,

**D. N. JOANNES SCHEFFERUS.**

Qvi

Illustrem Rempubl. Argentoratensem,

Suis natalibus illustravit,

Ejusque Academiam,

Primis suis ornavit laboribus.

Deinde,

Tempore eruditissimæ Reginae, in Boream vocatus.

Per XXXI. annos,

Upsaliensem Universitatem;

Et in ea,

Totius Sveciæ politicissimos homines,

Vera prudentia, & mascula eloquentia instruxit.

Ejus institutione, sapientes gubernant Magnates.

Ejus ductu, prudenter agunt ministri primarii.

Ex ejus ore profluxit,

Qvam adhuc possidet Septemtrio,

Latini sermonis elegantia.

Jus

24



1679

Jus Naturæ & Gentium,  
Honoraria Professione Regia docuit:  
Optimus dictaminum naturæ rationalis interpres,  
Qui ex mentis suæ integritate,  
Eorum perpenderat justitiam.  
Et,  
Quia digne æstimavit oracula,  
Quæ eundem cum natura habent auctorem,  
Temeraria deductione conclusiones non præcipitavit.  
Æqvissimus moratorum gentium Patronus,  
Quia alienus a corruptarum vitiis,  
Ambitione, invidia, machinationibus, insectandi studio.  
Antiquitates antiquissimi in mundo Regni, recensuit;  
Non per antiquorum figmentorum farraginem,  
Nec per inanium conjecturarum structuram,  
Neque per novarum revelationum speciem:  
Sed,  
Perspicaci industria, & diligenti scrutinio  
Verorum, quæ haberi possunt, documentorum.  
Ac,  
Quoniam ipse tot scripsit multiplicis doctrinæ libros,  
Quot non habet vulgaris Bibliotheca;  
Merito Bibliothecæ Academicæ constitutus erat Curator.  
Sic  
Multo munerum splendore,  
Et magno meritorum cumulo,  
Publice celebris,  
Domi quoque felix fuit:  
Pretiosis virtutibus ornatissimam habuit conjugem,  
Liberos non paucos,  
Omnes, quæ aut sexus, aut ætas capere potest,  
Donis insignibus decoratissimos.

Dum

Cunctos vitæ suæ dies,  
Erudito labore pia anima transegit.  
In senectute agrum eam afflixit corpus.

Hiscæ maxime annis ultimis,  
Mirabili quæsi naturæ sympathia,  
Dum terræ,  
In quibus vel ipsa vitam accepit, vel aliis dedit,  
Horrendis agitabantur bellorum malis.

Tandem,  
Cum Anni hujus M DC LXXIX.<sup>ni</sup> mensibus primis,  
Amica nobis reddita esset Germania superior,  
Et liberatam obsidione intellexisset Argentinam suam;  
Quæsi hunc nuncium unice expectasset:

Ex ferreo hoc seculo  
Ad \* auream civitatem, in cœlestem patriam, transivit.  
Ubi nec angustia, nec hostis, nec oppugnator.

\* Apoc. XXI:  
18, 21.

Sed,  
Libertas gloriosa, Pax divina, Triumphus æternus.  
Tu, qui hunc orbis litterarii casum audis,

Scias:  
Terram Svecorum,  
Ante B. JOHANNEM LOCCENIUM,  
Et generum ejus, B. JOANNEM SCHEFFERUM,  
Ex peregrinorum Eruditis,  
Neminem feliciori successu excepisse,  
Vel uberiori cum fructu fovisse,  
Vel majore cum laude tegere.  
Nec teget forte unquam.

Vade,  
Et cum iis parem in cœlis quære beatitudinem,  
In terris Eos fama bona non superabis.

*Grata mente in Virum magnum, olim Praeceptorem suum,  
Aboâ, medio Majo transmisit, J. G. J. F.*

*= Gorzelius, J.*

Cunctos vix sua dicit  
Eratitio labore pia anima transigit  
In fœderate ægum cum ædificat corpora  
Mittit quædam naturæ sympathia  
Dum terret  
In quibus vel ipsa vitam accipit, vel aliis dedit  
Horrenda æstibantur bellorum mala

Tandem  
Cum Annis huius MDC LXXIX<sup>mo</sup> mensibus primis  
America nobis reddita esset Germanis lapsis  
Et libertatem oblatione intellexit Argentinam laus  
Quæ hunc nuncium nuncie respicebat  
Ex sereno hoc fœdo

Ad\* auroem civitatem, in coelstem partem, transivit  
Libi nec angustia, nec hostis, nec oppugnatione  
Sed

libertas gloriæ, Pax divinis, Triumphus æternus  
Tu, qui hanc orbis libertatem carnis audis  
Scias: quæ sit hæc libertas

Terram Sycorham  
Anne B. JOHANNEM FOCENIUM,  
Et generum eius, B. JOHANNEM SCHEFFERUM,

in peregrinationum Eudis  
Neminem letiori successu excepisse  
Vel absterior cum fœdo fœdelle  
Vel majore cum laude regere  
Mec reger fœdo uadente

Vade  
Ecce in partem in oculis quære beatitudinem  
In terra For fama bona non superabis

Quæ miris in Natura regnum, ois in ætate sum  
Abed, melis hys in amissis, O. M. A.

\* Apoc. XII  
18, 11